

Vir Amplissime Nobilissimus

Quod confidentius Amplitudinem vestram interpellare ausus sim, me movit singularis vestra humanitas et excellens virtus, cuius fama splendorque fiduciam mihi scribendi dedit, et quamvis familiaritas fore nulla nobiscum intercesserit, tamen communium studiorum memoria cum te hic amenioris musae detinerent, illud equidem tribui posse, mecum aestimavi. Is qui has tibi tradet, affinis meus est, openque implorat vestram, expeditionem nempe negotij quam fieri potest brevissimam, qua in re cum plurimum vestra possit auctoritas, obsecro te, communis iure amicitiae hominis causam promovere, Viroque domum festinanti auxilium, pro benignitate tua, ne denegaverim me Vir optime deprecans, hocque beneficium vestrarum laudum cumulo, libens annuudabo.

Vale.

Lugduni Batavorum XVII Nonas Julias

Amplit. Vest. observantissimus

J. Bilius.  
1625





Nobili ac Erudito Viro  
Domino Constantino  
Huigens <sup>Equiti</sup> Ill<sup>mo</sup> Principi  
Aurario a Secretis

---